

aliter non proficeret, vestes mutavit, quibus ut absolveretur dominum papam decipi posse putavit. Postea autem cum reversi fuimus, domino imperatore Ottone Missinense marchione Wormatiae nos monentibus et pro eo satisfactionem nobis promittentibus, ab excommunicatione eum ad iustitiam<sup>b)</sup> absolvimus. Sed quia nec sic ab invasione ecclesiae nostrae destitit, tradentes eum sathanae in interitum carnis, eum iterum eodem anathematis vinculo, a quo eum dominus papa absolvere noluit, auctoritate domini nostri Jesu Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli, sed et nostra innodavimus, hocque in ecclesia nostra pronuntiavimus, et ne ei communicarent, praemonuimus totique clero nostro in virtute obedientiae praecepimus, ne divina celebrent, ubi ipse praesens fuerit vel aliquis eorum, qui eius auctoritate de praedictis bonis se intromiserit, sive clericus sive laicus sit, et ne in cimiterio sepeliatur, si quis ante bonorum praedictorum resignationem et satisfactionem forte morte praeoccupatur. Haec autem, quod non alia de causa quam zelo iustitiae fecimus, in verbo domini in anima nostra per iter peregrinationis nostrae accipimus et dicimus.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen, mit aufgedrücktem wohl erhaltenem Siegel. — B. Martin war in den Jahren 1185—1187 in Italien (Purizelli monum. Ambros. basil. 1038), sah in Verona den am 25. Nov. 1185 erwählten Pabst Urban III. und besuchte auf der Heimreise den Hoftag K. Friedrichs zu Worms im Aug. 1187, wo auch Markgraf Otto von Meissen zugegen war. In den letzten Tagen des März 1188 nahm Martin dem Beispiele des Kaisers und vieler Fürsten und Bischöfe folgend das Kreuz und unterlag dann den Anstrengungen der Reise im Juni 1190. Hiernach gehört vorstehende Urkunde ins Jahr 1188, nicht 1186.

Kreysig Beitr. I. S. 13. — Köhler cod. dipl. Lus. I. S. 25.

b) So im Orig., nicht *instantiam*.

## No. 62. 1196. 8. Apr.

*P. Coelestin III. befiehlt dem Domcapitel dem Bischof (Dietrich II.), der nach näherer Erörterung tadellos vor ihm dastehe, gebührende Achtung und Gehorsam zu beweisen.*

Celestinus episcopus servus servorum dei dilectis filiis capitulo Misinensi salutem et apostolicam benedictionem. Quia fratres et coepiscopos nostros praeter commune debitum quadam speciali diligimus affectione, et eos paternae caritatis brachii artius amplexamur, ex eorum contrariis casibus tanto gravius permovemur, quanto nobis officio et dignitate magis videntur coniuncti et in nostrae sunt partem sollicitudinis evocati. Sane cum de venerabili fratre nostro . . episcopo vestro olim sinistra quaedam apostolatui nostro delata fuissent, quae suae famae contraria videbantur et pontificali dignitati nullatenus consonabant, non potuimus merito non moveri, donec exinde cognosceremus plenius veritatem. Comperto igitur ex vestra relatione aliorumque plurium prudentum et religiosorum virorum, quod ea quae adversus dictum episcopum malitiose fuerant machinata, ex invidia potius et malivolentia quam ex aliqua procederent ratione, audito etiam ex tenore litterarum venerabilis fratris nostri H. Alberstensis episcopi et dilecti filii . . Magdeburgensis praepositi, quibus quaestio, quae inter praedictum episcopum et vos dicebatur agitari, a sede apostolica commissa fuerat examinanda, quod vos adversus eundem episcopum nullam proponeretis questionem, ipsum ad vos cum omni plenitudine gratiae sedis apostolicae remittimus et honoris. Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatinus